WENCESLAUS BRACK
Konstanz, 1492-1494 Seite 10r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Tractatus primus de vetustate Et bachi origine / nominibus atque Ceremoniis / simulacroque

Capitulum primum de Inventore vini

Diodorus Siculus de vetustate / historiarum libro quinto Testatur Semelen / ex Cadmo Agenoris filio Armoniaque veneris filia genitam / per quam venustam / ipsique Jovi adeo dilectam / ut post eius / nullius mortalis commixtionem appeteret quandoquidem / nullam sibi speciositate preferendam fore / Ex qua Dionisium vini / vineeque edidit autorem At Semele / ne se ab Jove spretam extimaret (forte / ut fit / Junonis anili persuasa habitu / doli nescia) in sui perfidiam atque internicionem / amoris pignus / precatur Jovem / secum qualiter cum Junone / deponere. Jupiter vero, cum sit summus ignis / Junonem id est aerem / assumpta dei maiestate / fulgore et tonitru aggreditur Dumque voto amantis condescendet / Semelemque utero gravidam / velut Junonem aggrederetur (heu per quam ceca amantum affectio / Nuscia / interitum rogat) vimque eius ferre nequiens / fulgore et tonitru exterrita, Dionisium filium